



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1709. usque ad annum 1714

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1782**

**VD18 90119266**

§. 23. Scriptorum Catholicorum decessus, eorumque opera.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67615](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67615)

Transylvaniæ Princeps Michael II. Sæc. XVIII.  
 Abafi de Apanagii Falva nonnisi triga  
 quinque annos natus: Pariter Florentiis morte præmatura decepsit  
 Ferdinandus III. Princeps hæreditarius  
 Ducatus Florentini, ob cujus jaſturam Pontifex Cosmum ejus Patrem ſolabatur, die decima Novembris datis ad eundem literis. Præter hos in Galliis Dux Mazarinus anno ætatis octogesimo ſecundo, Londini Episcopus Kilmoriensis anno ætatis septuagesimo septimo, in Hispania Dux Medina-Sidonia annos natus septuaginta tres, Fridericus Guilielmus Dux Suevrensis die vigesima quarta Julii, & die decima octava Decembris Fridericus Henricus Saxo-Citiensis Dux vitam exuere.

## §. XXIII.

*Scriptorum Catholicorum decessus  
& opera.*

Ex Scriptoribus Catholicis, qui hoc *Niceron,*  
 anno calamum cum vita posuere, *tom. 3. §. 8.*  
 paucos recensere lubet, atque inter eos primus occurrit Petrus Le Nain  
 Abbatiæ Trappensis Sub-Prior, qui nove  
 m volumina Historiæ Cisterciensium,  
 vitam Armandi Joannis Boute  
 lieri Rancæi Abbatis Trappensis, Ho  
*Hist. Eccles. Tom. LXVIII. Oo mi-*

Sæc. XVIII. milias in plura capita Prophetæ Iesu.  
A. C. 1713. miæ, tractatum de statu mundi post  
judicium ultimum, & de scandalo,  
quod etiam in regulatissimis monaste-  
riis oriri potest, conscripsit. Attribui-  
tur eidem quoque legenda Martyrum  
quinque priorum sæculorum, præter  
Necrologium Monachorum Trappa-  
tum. II. Franciscus Desmarais Gallice  
reddidit exercitum Perfectionis Chris-  
tianæ, scripsitque Panegyricum Ludo. XIV.  
Franciæ Regis, descriptionem momen-  
tum in Regis gloriam erexit, & li-  
brum utrumque de divinatione: Edi-  
dit etiam Historica de dissidio inter  
Curias Romanam, & Gallicam propter  
Corsos. III. Claudius Chastellanus  
Canonicus Parisiensis, qui Martyrolo-  
gium prolixis annotationibus illustra-  
vit, & Martyrologium Romanum cum  
additionibus Sanctorum Galliæ, allo-  
rumque Gallice reddidit; elucubravit  
etiam Vocabularium hagiologicum,  
suamque operam contulit ad editio-  
nem Gallici Breviarii emendati.

#### §. XXIV.

*Lucubrationes & mors quorundam  
Scriptorum Acatholicorum.*

**H**is adjungimus ex Scriptoribus Aca-  
tholicis nonnullos, ex quibus cœ-  
lani